



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

26 Visitari possunt ab Episcopis hospitalia, collegia, & confraternitates
laicorum, montes pietatis, & omnia pia loca, & num. seq.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

necessariò , quòd in synodo fiat, & cum concilium hoc non disponat, nec nos dicere debemus , tamen in vnionibus prædictis , seu decimatum impositionibus favore seminarii faciendis ex dispositione ejusdem . c. 18. presentia , & consensu eorumdem quatuor deputatorum requiriatur ut in eod. c. vers. ijdem Episcopi . & s. f. quia, quando t̄ datur alicui potestas à lege, & ab eadem adiicitur , quòd faciat cum consilio alterius, illud de necessitate requiritur . *l. impuberis us ff. de suspect. tut.* ²⁷ & Bart. in l. Titium. numer. 3. ff. de adm. & peric. tut, alias factum contra dispositionem d. c. 18. est inutile ipso jure Bart. in l. non dubium. numer. 21. vers. quandoque lex. C. de leg. & ibi l. 21. numer. 54. & quandoque disputare audivi de validitate, aut invaliditate vnionum seminario factarum, defectu præsentiae deputatorum, & pro nullis reputari, ad quod animadvertebantur Ordinarii, ad evitandam nullitatem vnionum. Et de urionibus hæc pauca mihi obiter dixisse sufficiat, cum adsint tractatus integri super materia vnionum ex quibus vberiores fructus quis percipere poterit.

²⁶ Regrediendo t̄ igitur ad visitationem, à qua aliquantulum digressus sum Episcopi ultra parochiales, & vniones, de quibus c. 7. ff. 7. cum aliis supra allegatis, tanquam sedis Apostolicæ delegati, hospitalia, collegia quæcunque, & confraternitates laicorum, etiam quas scholas, sive quocunque alio nomine eas vocent, visitare possunt, exceptis ijs, quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia. *conc. Trid. c. 8. de reform.* ²⁸ *ff. 22. & clem. quia contingit.* *de relig. dom. & congreg. conc. super*

cod. cap. sub tit. *Mediolanen.* Et licet hospitalia administrantur à laicis, & sint sub protectione Ducum, si alias erant ecclesiastica, ab Ordinariis visitari, & Episcopi in eis exequi possunt, quæ in eo cap. 8. continentur, ut fuit ab eadem congregacione decisum super dict. cap. sub tit. *Engabin.* Et si loca pia in eorum fundatione fuerint exempta ab Ordinario, eadem gaudeat exemptione, cui per conc. non fuit derogatum, ut ibi sub titulo Hispalea. Nam per dictam t̄ facultatem concessam Episcopis visitandi hospitalia, & alia loca pia, non excluduntur judices seculares, quin hujusmodi etiam visitare possint, si hoc eis alias legitime competit, ut ibidem sub tit. Feretran, non tamen potest Episcopus visitare hospitalia, eremitoria, & confraternitates Religionis Hierosolymitanæ, nisi in ijs, quæ sacramentorum administrationem concernunt, ut ibi sub tit. *Cæsaraugustan.* & Pius V. in Bull. cap. 139. Montispietatis loca sive charitatis, piaque loca omnia quomodocunque nuncupentur, etiam prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem exemptionis privilegio sint munita, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos, instituta sunt, Episcopi ex officio suo, juxta sacrorum canonicum statuta visitare, cognoscere, & executioni demandare debent, quacunque consuetudine, etiam immemorabili statuto, aut privilegio non obstantibus ut dict. c. 8. post med. cap. tua, & cap. Ioannes. de testam.

Visitari t̄ etiam possunt ecclesie, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur ab Episcopo, cuius cathedralis ecclesia est proximior, tanquam sedis Apostolicæ

D ad 2 delega-